

conveniamus^a et ea quę ad correctionem malorum, ad salutem vero fiant bonorum, pertractemus. Dignum nempe est et saluberrimum, ut sapientia et religio, quę in vestro sacratissimo tempore^b lucet, fratrum necessitati subveniat et utilitati provideat. Vestre quidem pietatis benignitas, ex quo tempore nostre persone noticiam habere dignata est, nos in omnibus nullo modo iuvare dubitavit, et quod nostre voluntatis desiderium fuit, vestre pietatis clementia fraterno affectu ad finem perducere libenter studuit.

Explicit.

II. Bericht über die verderbliche Ueberschwemmung eines Fischteiches.

Quia divina iudicia sepe quidem occulta, nunquam autem iniusta sunt^c, etiam pro bene factis teste beato GREGORIO interdum homo dampnatur, si districte iudicatur; merendum nostrum ac bonis omnibus conquerendum omnes fraterna nobis dilectione compacientes pio attendant auditu nobisque consilium, ne apud districtum iudicem rei habeamur, fraterno dare dignentur affectu. Vivarium enim quoddam simplici quidem intentione, pro comodo videlicet atque honore nostri monasterii, parari fecimus. quod nuper proch^d dolor! aquarum inundantia ac ventorum violentia repagula rupit et prope adiacentem nostri iuris villam magna ex parte cum animatis ac inanimatis impetu vehementi diripiens diversi sexus et etatis circiter XXX^a homines interfecit. Pro quo lacrimabili eventu, quia nichil in terra sine causa fit, solliciti in conventu nostro, exceptis elemosinis et dominicis orationibus, CCC^{as} L^a missas et DC^a LX^a psalteria pro peccatis et pro omnibus fidelibus defunctis decantare statuimus, quod^e si minus videtur, omnium^f deum timentium Christoque pie^g servientium consilio libenter obediemus.

III. Regeln, besonders über die salutatio in Briefen.

Epi^h enim supra, stola missio interpretatur. Que obⁱ hoc ita nuncupatur^k, quia, cum duobus modis fiat legatio, una sit viva voce, altera litteris, hec supra illam est, quę viva voce mittitur. In epistolis namque ita

a) 'con' ist unter der Zeile nachgetragen. b) 'tepe' Hs. Emendation unsicher. c) 'et' Hs. d) 'pro hoc' Hs. e) Das Wort ist in der Hs. überklebt, daher nicht zu lesen. f) 'ominium' Hs. g) 'pię' Hs. h) 'Epi' Hs. i) Verbessert aus 'ab'. k) 'nucupatur' corr. in 'nuncupatur' Hs.